

2695

CODICES II

2696

*plici persecutione alios bonos christianos, quod patet ad oculum in-
tuentibus per totam bohemi-
am. Stetit vero pro Utraque Specie,
ex iis fol. 120. p. 2. Non dixit
(Paulus) probet se sacerdos homo,
sed indifferenter homo, et postea
laudat eos (Corinthios) in hoc,
quod tradicionem christi ihesu te-
nent, scilicet quod sub utraque su-
scipiunt.*

DCCXXXIII.

581 Codex chartaceus lat. boh.
Sec. XV. Folior. 181. 4. a Va-
riis conscriptus et confarcinatus
ut plurimum Themata sive Σκελε-
τα sacrarum Dictionum pro di-
versis per annum festis Diebus
complectitur; quae tamen alia iis
admixta sunt, hic indicantur. Ita
initium faciunt *Lectioes* pro Offi-
cio Assumptionis, Nativitatis et
Praesentationis B. V. M. S. *Hie-
ronymi*, et S. *Wenceslai Bohe-
miae Patroni*, quae postremae in-
cipiunt: *Inclitam et gloriosam fe-
stivitatem summi et egregij princi-*

*O Rex pater gentium celi triumphator
Cunctorum gemencium pius consolator &c.*

Alter prolixus ad Deiparam:

*Te devote colimus matrem saluatoris
Et corde deprecimur natam redemptoris &c.*

Fol. 130. *Liber occultus*. Ita inscribitur Poema de Vita et studiis cu-
jusdam *Henrici*, quod incipit:

*Carminis auditor lectorue quod edis (edere?) nitor
Vnius ob merita persone &c.*

De

pis boemie gentis &c. et habentur
in *Breviario Pragensi* edito No-
rimb. per *Georg. Stuchs* 1502. f.
in diem ipsum festum et ejus Octa-
vam distributae; omissae tamen
ibi sunt Tres ultimae, quibus fata
cujusdam *Podimen* seu *Podivini*,
qui *Wenceslai* caedem ultus erat,
enarrantur in *Codice*, depromtae
e *Vita S. Wenceslai a Christanno*
scripta.

Fol. 33. p. 2. Descriptio Sig-
norum *Zodiaci* e media Astro-
logia petita, indicata singulorum
natura et potestate. Initium duci-
tur a Cancro: *Cancer est signum
humidum et frigidum. femineum
nocturnum et est domus lune &c.
Nugae!*

Fol. 108. Hymni quidam Ec-
clesiastici, puta: *Ex more docti
mystico &c. Christe qui Lux es
et Dies &c. Audi benigne Condi-
tor &c. Jesu quadragenarie &c.*
cum glossa inter lineas et in mar-
ginibus.

Fol. 127. Rhythmi duo, prior
ad Christum brevior hoc initio:

2697

H O M I L E T I C I

2698

De Herois sui Natalibus:

*Clare vir Henrice qui de clara genitrice
Et patre preclaro generatus es omine raro
Te mons ecclesie dat alumpnum philosophie.*

Montem Ecclesiae Kirchberg interpretor. Itaque aut Locus aut nobilis Familia hujus nominis Henricum hunc protulit, cujus ingenes in Artibus liberalibus progres-

fus, aditosque Philosophiae ad discendae causa Parisios Poeta deinceps celebrat, subditque inde Romam ad sacra studia contendisse. Atque hic Papa quaerit:

*Si quisquam sciret qua gente vir iste veniret
Qui tam prudenter incederet atque decenter.*

*Tunc ait Hermannus quem signatus cruce pannus
Vestit et ad postes pape stat ut arceat hostes:
Iste placens iuuenis pater annis iam duodenis
Perstitit in studio suffultus munere dio
Huc adit ut sensi de villa parisiensi
Est bonus artista. (Papa.) Sacra curia quid facit ista.
(Herm.) Venit scrutari sacrosque viros venerari
Et contemplari quia scit bene philosophari
Est homo theutonicus divinae legis amicus
Moribus estque katho perfecto dogmate plato
Tulius est ore nitet ut menelaus honore
Preclarus genere nec ut arbitror indigus ere
Sterlingis plena sua turget credo crumena.
(Papa) Ergo vocare stude. &c.*

Ad Sterlingos notatur in margine: Sterlinge sunt denarij ungarie. Male. Sed Henricus Parisiis venerat, ubi monetis Anglicis tunc cursus. Papa benevole ac-

cepto Canonicatum Ecclesiae Neuburgensis (Naumburg) confert, repugnant tamen Canonici, quod Henricus parum curat, subdente Poeta:

*Neuburgenses et verius erbipolenses
Per maris et terre te vellent per loca ferre
Ut dignarere penes ipsos iura docere
Caute fecisti quia discere plus voluisti.*

Quare relicta Roma Bononiam et inde Patavium petit inter Profel-

fores Iuris teste Nostro adlectus, qui addit:

Denis Codd. Theol. V. I. P. III.

N

Hic

*Hic ut ego credo socium camere tibi me do
Et sum rimatus quid ibidem sis operatus. —
Hec ut perfecta sunt omnia sana senecta
Te iubet ire domum &c.*

Atque hic abruptit Librarius, Poeta certe ulterius progresso, et quaedam fortassis adferente, quae in penitioem Herois sui notitiam introducere poterant.

Fol. 132. p. 2. Posicio Articulorum Johannis Rozkydale (Rokiczanae) oblata Reuerendo patri domino domino philberto Episcopo Constan. legato sacri concilij Basilien. in Bobemiam destinato. Et ad calcem: Anno Natiuitatis Domini 1436. prescripti articuli sunt oblata prefato domino Episcopo — pro tunc in Collegio karoli percunctanti cum suis Collegis. Accusationis potius capita sunt numero viginti, quorum I. Quia promouet libros et articulos Joh. Wicleff et propter hoc Magistri certi fuerunt exclusi de praga eo quod sibi consentire noluerunt. II. Quia fautor est sectarum Taboritarum et Syrotkonum. (i. e. Orphanorum a Boh. Syrotek.) Graviora deinceps leuioribus mixta, et ad quaedam adiecta sunt alia manu Responso. Ita ad XIV. Quia non orat horas Canonicas, adscriptum: Ribalde fallis sicut azinus. Ad XVII. Item nouam Cerimoniam introducit puta dedicationem omnium ecclesiarum ad unum diem, additum: Quare opus bonum fecit quia fuerunt differentiae in populo scilicet ebrietas homicidia et alia quam plurima et fecit cum consensu Archiepiscopi

Conradi. Ceterum de hac Accusatione nullibi me legere memini.

Fol. 133. Secuntur Articuli Joh. wicleff dudum condempnati Londonijs. Anno d. Millesimo 380. (l. 82.) a Tredecim (l. 7.) Episcopis et Archiepiscopo Cantuariensi (Guil. Curtiniaco) et a 30. magistris in Theologia. Articulus 1. Substantia materialis panis et vini manet in sacramento altaris post consecrationem, &c. Iam et Cod. alio indicati.

Fol. 134. Articuli valdensium 32. Primus: Sacerdotes non debent intermittere labores manuum suarum, sed sicut Apostoli fecerunt. &c. Congruunt iis, quos Opusculis suis contra eos Petr. Pillichdorffius Bibl. PP. Lugd. T. XXV. p. 307. Ebrardus Bethun. Bernardus Fontis Calidi et Ermengardus T. XXIV. p. 1520. inseruere, quosque in R. P. Richardi Diction. des Sciences Eccl. legas T. V. p. 488. Adtexta est Confessio heretica et falsa que concordat cum valdensibus. Accusat se videlicet Quidam de iis, quae contra praecedentes Articulos deliquit. Ita: Primo Confiteor quia confessus fui credens quod sacerdos posset me absolvere a peccatis &c.

Fol. 135. p. 2. Sermo Magistri Styekne ad populum factus apud Carmelitas contra wicleff Contra remanenciam panis. Collecta potius

2701

HOMILETICI

2702

tius e Sermone, et potissimum Autoritates PP. Praeter *Wiclef-
fum* impugnatur hic etiam *Tra-
ctatus de Corpore Christi* cujusdam *Stamkonis* (Zdenkonis de La-
bun?) et *Job. Husfi*, unde ne-
cesse est, *Styeknam* nostrum di-
versum esse a *Conrado Styekna* seu
de Steken de Austria, qui celebra-
tur in *Balbini Boh. docta* P. II. p.
181. aut tardius diem obiisse,
quam ibi duce quidem *Ben. Weit-
miublio* statuatur.

Fol. 139. Tractatus boh. scri-
ptus de Officio permanendi in unio-
ne et obedientia Rom. Ecclesiae.
Idem, qui *Cod. XCIII. n. 15.* re-
latus.

Fol. 152. *Simonis de Tiffnow*
Theologiae Baccalaurei Epistola
boh. scripta, qua docere cona-
tur, varias in Ecclesia Christi mu-
tationes ejusdem Ecclesiae auto-
ritate inductas veritati Fidei non
obesse &c. Initium: *Milost apo-
koy pana boba a sgednanye* &c. Ad
calcem: *Scriptum Anno domini*
1457. Et: *Istam Copiam prage*
*ad sanctum Spiritum in antiqua Ci-
uitate Anno domini 1459. feria 3.*
*ante festum Sancti Thome de A-
quino et illo die etiam est festum*
felicis (et) perpetue prope me-

ridiem finiui. Neque prior *Atinus*
compositae, sed descriptae *Epi-
stolae* esse videtur; nisi dicas *Si-
monem* ad extremam senectutem
peruenisse, qui jam a. 1409. *A-
cademiae Prag.* Rector datus fuit.
Adtigi eum alias, ut *Index* testa-
tur.

Fol. 154. p. 2. Aliud Scri-
ptum bohemicum tacito Autore;
quo ostenditur, *Sacrae Coenae*
sub una specie sumtionem ad salu-
tem sufficere. Incipit: *Wywolen-
ny Zproknox S. David* &c. Ad
calcem: *Copiatum in Milewso fe-
ria 6 in die viti Anno domini 1459*
exeunte Anno Embolismali *Quam-
quam pro intervallo corrente litera*
*dominicali g et fuit Annus mirabi-
lis quia usque festum S. viti sem-
per fuit frigus.* Additur bohemi-
ce et hoc primum tempore Fru-
mentum flores egisse.

Fol. 170. Expositio *Miffae*
pariter sine Autoris nomine, cu-
jus initium: *Dicit apostolus ad eph-
sios VI^o.* *Induite vos armaturam*
dei &c. Inde transitur ad signifi-
cata Vestimentorum sacerdotalium
et demum Actiones Sacrificii fin-
gillatim explanantur adjecta sub
finem succincta Horarum Canoni-
carum notitia, quae terminatur:

Finito libro sit laus et gloria christo.

DCCXXXIV.

818 Codex chartaceus lat. Sec.
XV. Folior. 286. 8. corrente ca-
lamo, non tamen ab uno conscri-
ptus exhibet: I. *Sermones sacros*
in illud *Luc. 16. Factum est au-*

tem ut moreretur Mendicus &c.
seu de poenis Inferni, in Nativi-
tatem Christi, in Epiphaniam,
Purificationem B. V. Assumptio-
nem, Nativitatem.

II. *fol. 50. p. 2.* Incipit tra-
ctatus Magistri Johannis abbatis in